Ossolinski Filio Suo Donat.

Comparens personaliter coram Officio Actisq praesentibus Ca-
strensi Capitaneali Premisliensi Magnificus Nicolaus de Tenczyn
Ossolinski Capitaneus Neostadiensis sanus mente et corpore
existens a terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis qui-
buscunque propriis et competentibus recedendo Praesenti-
que Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad actum
praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis gene-
raliter omnibus totaliter et plenarie inscribendo
atque subjiciendo palam libere publice ac per expresse
recognouit Quia ipse bona sua propria et haereditaria
in hunc modum videlicet totas et integras Villas Mizyniec
Gdesyce Skoniowice Trotowice Boratycze Russatycze
cum Curiis et praediis videlicet ittis in terra et Districtu
praedictis Premisliensi consistentibus cum omni eorundem bo-
norum Iure dominio proprietate haereditate tituloque
obligatorio cumque omnibus et singulis bonorum eorun-
dem utilitatibus fructibus prouentibus redditibus
emolumentis commodis obuentionibus item agris pra-
tis Campis pascuis siluis borris gays nemoribus in-
daginibus rubetis Venationibus mericis Villagiis hortis
pomariis apiariis apum mellificiis Structuris aedi-
ficiis quibusuis tabernis molendinis honeis holodys
granariis theloneis tam aggeralibus quam pontalibus
Stagnis magnis et paruis piscinis piscinulis ... s
fluminibus torrentibus aquarum decursibus riuis riuulis
nec non Subditis Contributionibus Hortulanis Inquilinis

cumq[ue] laboribus censibus dationibus vecturis munijs
592 obsequijs et officijs quibuscunq[ue] attinentijsq[ue] et pertinen
tijs in Universum omnibus nihil ex praemissis juris
Dominij proprietatis haereditatis ac cuiusuis competen
tis et praerogatiuae pro se Recognoscente suisq[ue] suc
cessoribus aut quopiam alio reseruando seu excipien
do sed omnibus in genere et singulis in specie com
prehensis genere per speciem et e contra in nullo
derogando Verum ita late longe circumferentialiterq[ue]
prout praedictorum bonorum haereditas se in suis metis et
limitibus ab antiquo extenditur et protenditur et pro
ut eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit
et possidebat ipsumq[ue] concernebant ac eidem seruie
bant Iam ex nunc et de facto Generoso Stanislao de
Gdeczyn Ossolinski filio suo cum Mag[nifi]ca Catherina Sta
roleska procreato eiusq[ue] posteris dedit donauit
inscripsit et resignauit prout praesentibus dat et do
nat ac titulo puri meri et irreuocabilis Donatio
nis inscribit et resignat perpetuo et in aeuum irre
uocabiliter. In quae quidem bona supradicta praesenti
bus per se Recognoscentem donata praemissaq[ue] omnia
idem Recognoscens Mag[nifi]cus Capitaneus Resouiensis
supradicto Generoso Ossolinski filio Donatario suo
et illius posteris iam ex nunc et de facto coram officio
praesenti dat et admittit realem Intromissionem
et actualem pacificamq[ue] possessionem per Ministerialem
quemuis competentem et Nobiles duos die quacunq[ue] vo
luerint ipse acceptans per ipsum Generosum Stanislaum
Ossolinski Donatarium suum et illius posteros hoc

eas

eadem bona promissaq omnia presentibus donata cum uni- 593
versis eorum utilitatibus et usufructibus tenendi haben
di et possidendi illisq quiete et pacifice utifruendi
ac ad usus suos et suorum successorum quoruis bene-
placitos libere et effectualiter conuertendi perpetuis
et aeternis temporibus. Debetq et tenebitur ipse
Recognoscens magnus capitaneus Regni se
ac suos successores in et super bonis suis generali-
ter omnibus ac summis pecuniarijs quibuscunq habi-
tis et habendis supra scriptis modo absolutis sibi
Donatario suo et illius successoribus inscribit et
obligat presentibus ipsos et eius successores in dictis
bonis donatis promissisq omnibus et ratione eorundem
ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunq
personarum cuiuscunq conditionis status et
sexus existentium per omnes praescriptiones generales
prout ad quamlibet personam generalis spectat
et pertinet praescriptio in omni Iudicio et Officio
Regni semper totiens quotiescunq opus fuerit tueri de-
fendere euincere intercedere et eliberare indemnemq
cum posteris reddere Ac non hoc eadem bona pro-
missaq omnia presentibus donata ab omnibus impe-
titionibus et inscriptionibus prioribus et poste-
rioribus super bona ipsa donata modo quouis
cuiuscunq personarum factis et faciendis item etiam a
quibuscunq citationibus super eadem bona donata
importatis et importandis Lucris denique et perlucris
pertinentibus iuri quibuscunq in quouis premisso loca
dictis iuris dependendo et in quouis Iudicio et Officio

594 Regni obtentt et obtinenes ac super praemissis oibus
perclusit et percluenes emundare et eliberare mun
daq et libera semper facere ac etiam Intromissionem
praefatt coram Officio praesenti admissam in fundo, bono
rum praefatorum praesentibus donatt cum per Ministeriale
Competentem et Nobiles duos Officio requiretur non
denegare imo debebit et tenebitur eandem libere
dare et effectualiter admittere dataq et admissa eaq
possessionem et Usum fructum praemissorum omniumquo
uis modo tam per se quam per suas quasuis sub
missas et subordinatas personas non impedire nec
achmere ipsiq Donatarium suum et illius successores
in praemissis omnibus nullo modo iniuriari ita vt
eadem bona praesentibus donata idem Donatarius suus
cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscri
ptionis Donationis vigore tenere habere et possi
dere queat et possit perpetuis temporibus. Idq
sub damnis Sexcentis simpliciter absq Corporali
Juramento taxandis et educendis per eunis Re
cognoscentem Magnificum Capreum Neofonied sive illi
us successores praefato Generoso Obolinski filio et
Donatario suo eiusq posteris ob non complecti
onem praemissorum omnium et singulorum tam in
parte quam in toto toties quoties ad soluendum
succumbenes Proquibus quidem damnis Sexce
ntibus simpliciter absq Corporali iuramento ta
xandis modo praemisso ad soluenes succubitt
ac se aliqua principali ex praemissis non completa complenda

complendis

Complendisq[ue] praemissis citatis ex p[rae]ns[en]tis Recogno-
scens Mag[nifi]cus Nicolaus de Terczyn Ossolinski Cap[ita]neus
Neoforiens[is] sive illius posteri ad instantiam supra-
scripti Gn[er]osi Stanislai de eadem Terczyn Ossolin-
ski filij et Donatarij sui vel eius successorum ad
officium p[rae]sens Castren[se] Capitan[eale] Premisslien[se] Exhibere
recessu supradicto quoad respondendum spectat me-
diante semper in primo citationis termino tan-
quam peremptorio stare Juri parere respondere
damna p[rae]tacta Jeneralia simpliciter absq[ue] cor-
porali iuramento tantum breve Inscriptioni p[rae]sen-
ti satisfacere ac omne Judicatum pati debebit et
tenebitur seq[ue] ac suos successores ad eadem omnia
infinit et obligat p[rae]sentibus. Illum terminum
primum peremptorium vti et alios omnes exinde
consequentes Causis eiusdem terminos semper pe-
remptorios vera infirmitate P[ro]s Maiori Mino-
rennitate successionum Legatione intra vel extra
Regnum servitio Militari ad Munimenta ad
Exercitorem vel alijs quibusuis dilationibus et le-
galibus impedimentis non differendo ad quie-
tationem p[rae]terea Ultra proximos Offitij p[rae]fati
Castren[sis] Premislien[sis] terminos dilationem sibi
non recipiendo nullasq[ue] motiones p[ro]testationes
ac earum prosecutiones faciendo ac p[ro]missa citra
p[ro]batis simplicibus vel duplicatis Evasionibus
suspensionibus fatalijs Juris p[rae]scriptione Jeneri
Bello Conventioneq[ue] ac alijs quibusuis Juris remedijs

et defensis non subterfugiendo nec modo alio quo-
596 vis evadendo Hac sua praesenti personali Recogni-
tione ad praemissa omnia mediante. Salvo Nihi-
lominus sibi Recognoscenti super praefata bona Supra-
scripta resignata ad vitae suae tempora Jure Ad-
vitalitio et usufructu pacifico et totali pleno
in robore reservato et praecustodito.

Actum in Castro Praemy-
sliensi Sabbatho in Cra-
3/II # stino Festi Purificationis
1657 # Beatissimae Virginis Mariae
Anno Domini Millesimo
Sexcentesimo Quinqua-
gesimo Septimo.

Brzescianski Jaszow-
skiey Cedit.

Comparens personaliter coram Officio Actis praesentibus
Castren. Capitaneal. Praemislien. Generosus Carolus Brze-
scianski Sanus mente et Corpore existens a Terris Di-
strictibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis
proprijs et Competentibus recedendo Praesenti vero
Castren. Capitaneal. Praemislien. Jurisdictioni quoad

actum